2.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

CVRATIONE HERNIARVM CHIRVRGICA

QVAM

PRAESIDE

D. MART. GOTTHELFF LOESCHERO

HYS. PROF. PVBL. ORD. MED. EXTRAORD. EIVSDEMQVE FACVLT. ASSESS. NEC NON SEREN. DVC. SAXO-VINAR. PHYS. PROVINC.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN MEDICINA HONORES

LEGITIME CONSEQVENDI

P. P.

OHANNES HENRICVS PETERSEN

ROSTOCHIENSIS

AD DIEM XVII. MART. A. C. MDCC XXV.

IN AVDITORIO MAIORI

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS.

VITEMBERGAE,

LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

VIRIS

PER-ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO

OANNI VON KLEIN

JCto CONSVMMATISSIMO

SERENISSIMI

VCIS MECKLENBVRGICI CANCELLARIO

ET CONSILIARIO INTIMO, CONSISTORII DVCALIS

DIRECTORI ET IVDICII PROVINCIALIS PRÆ-

SIDI, TOT NOMINIBVS MERITISSIMO,

OGNATO SVO AD CINERES VSQVE DEVENERANDO

NEC NON

CONSVLTISSIMO EXCELLENTISSIM

ATQVE AMPLISSIMO

DOMINO

IO. CHRISTIAN

PETERSEN

J. V. D. CODICIS PROFESSORI PVBLICO ORDINA

ET AMPLISSIMAE FACVLTATIS JVRIDICA

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

HOD. DECANO SPECTATISSIMO

FRATRI SVO GERMANO DILECTISSIMO

INAVGVRALES HASCE PAGELLAS IN TESSER

ANIMI OBSEQVIOSISSIMI ET OBSER-

VANTISSIMI

DICAT ET CONSECRAT

IOHANNES HENRICVS PETERS

DE

CVRATIONE HERNIARVM CHIRVRGICA

DISSERTATIO SOLENNIS.

I.

Imbecillitatem fragilitatemque humani generis, & multi morbi, cum quibus conflictantur homines, & maxime quando rupturam patitur eorundem inferior venter, abdomen qui appellatur, ſatis
perque demonſtrant. Ejusmodi magno ſae-
us cum periculo conjunctae rupturae Ramices

quondam, hodie vero Herniae nominantur, que aliquando facile, aliquando vero pla non, curantur, licet earundem medela diver modis a Medicis aeque ac Chirurgis ſuſcipiat Nemini enim, qui aliqualem ſibi comparavit rum ad Artem ſalutarem ſpectantium notitia ignotum eſſe poterit, quo pacto quidam hu morbum remediis internis, non neglectis men prorſus externis, admotaque ſimul manu li operatione, depellere annisi fuerint. Cuj quidem rei nec non Munificentiae Regiae R gis Galliarum elegans Specimen exhibet *Pe* *Dionis Operat. Chirurg.* referens quid poſſit Herniis Salis Spiritus cum vino rubro freque ter aſſumtus, atque ea propter hoc remediu in ſalutem ſubditorum, mandato Regis fuiſſe p blicatum. Non addimus decocta interna variis radicibus & herbis compoſita, quibus He niis mederi, multi & multoties cum ſucceſſu tis felici, conantur. Alii vero externa maxin remediorum applicatione Herniis, Emplaſtr nimirum, Ligamentis, Cauteriis, Sectione aliaque Chirurgica medendi ratione occurr re allaboraverunt. Atque de his extern contra rupturas Peritonei medelis praeſe ti diſſertatione agere, & Curationem He

ni

iarum Chirurgicam exponere, adjuvante Divi-
a gratia, apud animum conſtituimus.

II.

Vt vero omnia ordine proponamus, princi-
pio quid Herniae ſint indicandum eſt. Her-
ia vero fere omnis eſt Tumor partium corpo-
s humani juſto major, mollis ac recedens in
entre praeprimis infimo, a contento aeque ac
rotuberante corpore ſolido, vel fluido, & exin-
e dilatato vel disrupto Peritoneo dependens.
Ion equidem ignoramus intumeſcentiam illam
olli anterioris praeter naturalem glanduloſam,
inus dolentem, duram ac renitentem, pro-
riaque gaudentem tunica & peculiari involu-
o, quae ſtrumae rectius nomine venit, vulgo
enditari pro Hernia laryngis, facile vero ex
eſcriptione utriusque tumoris morboſi appa-
re poteſt, eosdem toto cælo inter ſe differre.
andem quoque ſententiam confirmat ipſa
Ierniarum ratio formalis, quippe quae aut in
ilatatione aut disruptione, Peritonei con-
ſtit.

III.

Notandum igitur eſt ſedulo, Hominis corpus
dividi ab Anatomicis in truncum & artus.
Trun-

Truncus conſtat ex tribus cavitatibus, quai
ſingulae peculiari interius inveſtiuntur meml
na, ex quibus in Calvaria cerebrum cingens
plex, craſſa & dura, vel tenuis & pia Mater
catur. Pectoris interius integumentum m
branoſum pleura dicitur, & abdominis cav
tem quoad interiora cingit Peritoneum.
vero Peritoneum illa abdominis Tunica, q
muſculis abdominis transverſalibus proxi
adhaeret, quoad ſuam ſubſtantiam tenuis,
lita & lubrica eſt, & viſcera abdominis pl
que continet. Nam obſervante *Heiſtero C*
pend. Anat. involvit Ventriculum, inteſti
meſenterium, omentum, hepar, lienem
pancreas, quae propterea in duplicatura
ritonei ſita eſſe dicuntur; renes vero, ure
res, veſicam urinariam & vaſa abdominis
jora ſolum a parte ſuperiore tegit. Gaudet
iam duobus proceſſibus extra abdomen deſc
dentibus, qui in maribus vaſa ſpermatica, &
mulieribus ligamenta uteri rotunda involvu
in quibus etiam horum proceſſuum divertic
Nuckiana ſunt notatu digna. Haec hacte
delineata membrana quando disrumpitur
dilatatur circa umbilicum, vel in inguinil
vel ad Scrotum tendens triplicem maxime H

niae ſpeciem excitat, Umbilicalem nempe, Inguinalem & Scrotalem, quae Herniae maxime ob peculiaria, quae occupant, loca ſunt notabiles.

IV.

Antea vero quam omnes rupturae ſpecies enarrabimus, illud expedire convenit, quod plerique ex recentioribus negant, num ſcilicet Hernia revera ſit Peritonei ruptura, an vero eminens tantummodo ejusdem extenſio & dilatatio, quae permittat, ut vel inteſtina, vel omentum, vel flatus, vel aqua in ejus extenſionem tanquam ſaccum deſcendant, atque hac ratione Herniam efficiant. Non diffitemur clarisſimos eſſe Viros, qui poſterius affirmant, & prius potius inficias eunt. Ita hanc opinionem affirmare non dubitat *Munnickius Chirurgia Libro I. Cap. XXX. Quoad cauſam ſeu rationem formalem Herniarum*, inquit, *vulgaris eſt opinio, fieri prolapſum Omenti, & praeſertim inteſtinorum in inguina, Scrotum vel Umbilicum, Peritoneo vel rupto, vel relaxato. Sed illis, qui Peritoneum in Hernioſis diſruptum cenſent, ſubſcribere non poſſumus. Etenim impoſſibile eſt, validam hanc membranam dilacerari aut diſrumpi*

B *poſſe,*

poſſe, niſi hoc fiat ex caſu, ſimilique violenta cauſa externa: quae equidem eandem non diſrumpi dilaceratque; atqui ſi vulnus peritoneo infligatur quod Cute conſolidata apertum relinquitur, tun ruptura ejus Herniae cauſa eſſe poteſt. Inſupe in Hernioſis poſt obitum nunquam ruptura, verun dilatatio Peritonei ſemper obſervatur. Faci cum eodem in hac cauſa *Ruyſchius Obſerva Chirurg. XCIIX.* ſuamque ſententiam nuperri me confirmavit in *Adverſariorum Anatomicorun Decad. II.* ubi ſequentia extant verba: *Herni eſt dilatatio, nunquam ruptura Peritonei, in quan deinde extra ſuum naturalem ſitum ſe immitti Omentum, Inteſtina, Splen, Veſica, Uterus, im aliquando integer foetus.* Ad oculum etian hanc Herniae conſtitutionem demonſtrat *The VII.* in Hernia ab ipſo praeparata, in qua oſten dit portionem Peritonei dilatatam & in Scro tum usque prolapſam, propter ejus dilatationen cutis autem ab ipſo hic eſt ablata, ita ut dilata tio Peritonei occurrat, ceu ſcrotum. Facil vero largimur dilatationem, extenſionem & re laxationem eſſe cauſam Herniarum, id quod ip etiam ſupra aſſeruimus, interim tamen non du bitamus cum *Dioniſio* & *Heiſtero, Chirurgia Herniis* affirmare, quod in Herniis maxime a cau

violen

violenta etiam poſſit peccare Peritonei dilaceratio & ruptura, quoniam hoc etiam confirmat experientia, qua omnium rerum Magiſtra hoc diſcere, & hanc Peritonei rupturam digito admoto percipere poſſumus.

V.

Poſtquam itaque cauſam Herniarum explicavimus, opus eſt, ut de earum diverſis ſpeciebus ulterius verba faciamus. Supra Th. III. dictum eſt, quod pro diuerſo loco, in quo dilatatio vel ruptura Peritonei contingit, triplices maxime exoriantur Herniarum ſpecies, quarum illa, quae circa umbilicum fit, etiam Omphalocele, & quae in Inguinibus obſervatur, etiam Bubonocele dicitur, quae a Bubone ſe maxime ingenti dolore diſtinguit. Hanc deinde Herniarum diviſionem excipit ea, quae a varietate materiae, quae in iisdem continetur, deſumitur. Si enim portio inteſtini in Peritoneum apertum & relaxatum delabitur, illa Enterocele & inteſtinalis appellatur. Si Omentum eundem occupat locum Omentalis Epiplocele dicitur; & cum utrumque, nempe & inteſtinum & Omentum, prolabitur, Enteroepiplocele nuncupatur. Porro ſi in loco & cavitate Her-

niae humor aqvoſus eſt collectus, quod plerumque in Scroto euenire ſolet, exinde proficiſcitur Hydrocele, quam Herniae ſpeciem etiam alii ad Hydropem magis referendam eſſe exiſtimant: atque cum flatus tumorem hernioſum in ſcroto vel alibi efficit, Hernia dicitur Ventoſa, flatulenta, ſeu Pnevmatocele. Quo loco quidem obſeruationes illas rariores afferre non incongruum erit, quibus lienem, veſicam urinariam, uterum & ipſos quoque foetus, uti ſupra ex Ruyſchio vidimus, in Herniis repertos fuiſſe conſtat. Similem veſicae Herniam obſervarunt Membra Academiae Regiae Pariſienſis Anno 1713. & Anno 1717. Ibidem quoque legimus, & quidem Anno 1716. de ingenti umbilicali Hernia, in puella, quae quatuordecim horas poſt partum vixerat, occurente, atque Hepar, Lienem, Stomachum cum omnibus inteſtinis continente. Herniam in ſpecie, in quam Uterus deſcenderat, habet *Hildanus Epiſtola ad Döringium exarata.* Ad ſupra vero allatas Herniarum ſpecies tandem quoque referuntur Sarcocele, Hernia carnoſa, & Cirſocele, Hernia Varicoſa dicta, ſed improprie Herniae appellantur. Nam Varicoſam Herniam nuncupant, quando Vaſa ſpermatica intra Scrotum intumeſcunt in-

ſtar

ſtar Varicum, & ita indurantur, Scrotumque extendunt, ut tumorem durum, varicoſum, minus dolentem, ac quaſi tertium teſticulum repraeſentent: Hernia vero carnoſa magis pro excreſcentia carnoſa cum teſticulis induratis, quam pro genuina Hernia eſt habenda.

VI.

Hactenus igitur enarratae Herniarum ſpecies nos de curatione earum Chirurgica ſuſcipienda reddere poſſunt certiores. Videbimus tamen de remediis quibusdam, quae omnibus ferme Herniis poſſunt applicari. Inter haec eminent Emplaſtra ad Hernias, ex rebus glutinantibus & adſtringentibus compoſita. Talia ſunt radix Conſolidae majoris, Ariſtologiae rotundae, Biſtortae, Fructus gallarum, Nuces cupreſſi, Cortices granatorum, Folia quercus, Aloe, Sanguis draconis, Thus, Maſtix, Myrrha, Sarcocolla, Pix navalis, Colophonium, Therebintina, Gummi ſagapenum, Galbanum, Ammoniacum, Ladanum, ex quibus conficiuntur Emplaſtra, quae & loco affecto & ipſi quoque dorſo applicantur. Secundum *Avicennam Libro III. Fen. XXII. Tract. I.* maximae hoc in morbo convenientiae eſt illud, quod fit ex

 Bdel-

Bdellio et Dragacantho & gummi arabico, & glutino piſcium, & glutino coriorum. Applicant etiam quidam Herniis corii raſuram cum aliis adſtringentibus, fomentationis in modum. Commendant etiam Emplaſtrum ad rupturam Wurzii, nec non de pelle arietina aliaque adſtringentia, quae in Hernia recenti felici ſatis cum ſucceſſu ſaepe in uſum vocantur. Deinde hoc in morbo ſummopere proficuae ſunt, faſciae, zonae & ligamenta, quae ex chalybe cum elaſtris communiter praeparantur, vel ſi aegrotantes ejusmodi duriora cingula, propter molliorem & tenuiorem corporis conſtitutionem commode ferre nequeunt, etiam ex corio, panno goſſypino, linteisque goſſypium continentibus, parantur. Ejusmodi zonae maxime ita debent eſſe comparatae, ut rupturam rite comprimant & conſtringant, aegro vero nullum dolorem, nullamque difficultatem inter ambulandum procreent. Atque ejusmodi vinculis Herniae optime, praecipue in aetate teneriori curantur, videri vero poſſunt & deſcripta & delineata apud *Heiſterum Chirurgia*, *Scultetum Armamentario Chirurgico*, *Paraeum Chirurgia*. Si quoque neque Emplaſtra, neque vincula faciunt officium, tandem, inprimis ſi Hernia

ſun

ſunt inſigniores, confugiunt ad ſectionem. Hanc alii ſummis extollunt laudibus, alii vero eandem damnant. Allegamus, ut dicta confirmemus, *Munnickium*, qui *l. c.* ita loquitur: *Si omnibus fruſtra tentatis, aegroto praeſens immineat periculum, extrema quoque tentanda ſunt. Quo in caſu Paraeus ad Chirurgiam accedere, & ductum illum, per quem inteſtina elapſa ſunt, ſectione dilatare ſuadet, ita ut digito reponi queant, ſed ardua eſt haec manualis operatio.* Idem ſentit *Heiſterus l. c.* dum de Hernia inteſtinali judicat, quod in iisdem non ſemper opus ſit ſectione, quemadmodum eandem circumforanei cum magno aegrotantium damno, eosdem caſtrando, & praeſentaneo vitae periculo peragunt. Rejiciendas itaque eſſe pronuntiat tales noxias operationes, cum proſtent faſciae, quibus ejusmodi Herniae vel prorſus poſſent curari, vel ad minimum inteſtina in eandem prolapſa, & in locum naturalem repoſita ita poſſent confirmari in ſuo priſtino & naturali ſitu, ut non facile iterum prolabantur. Crudelem itaque atque Chriſtiano minus convenientem eſſe hanc ſectionem dicit, quippe quae miſeros aegrotantes graviſſimis doloribus excruciet. His tamen non obſtantibus docet quotidiana experientia,

&

& in his & aliis quoque rupturis ſectionem feliciter & ſuſceptam, & ab idoneis Chirurgis cum magno hernioſorum levamine peractam fuiſſe, qua propter & hic aliquid experientiae dandum eſſe, non immerito aſſeveramus. Ipſa Sectionis operatio duplici fit modo, vel cum, vel ſine caſtratione. Communiter ita procedunt, reponunt Hernioſum decenti ratione in tabula ſupinum, pedibus elevatis, capite vero reclinato, eundemque ne forſan ob dolores in operatione inevitabiles, ipſam perturbet, difficilioremque reddat, firmiter ligant, robuſtosque quoſdam ſocios, qui aegrotum rite teneant, ſibi aſciſcunt, & ante operationem eundem, ut partes ſecandas emolliant, balneis emollientibus inſidere jubent. His omnibus peractis, abdominis inferiorem partem leniter comprimunt, ligamenta elevant, ipſaque ſecundum longitudinem ſurſum verſus incidunt, usque ad Proceſſum Peritonei vaginalem, quem cum teſticulo a ſcroto divellunt, extrahunt, extendunt, & filo firmiori ſecundum artem cum vaſis ſpermaticis transeuntibus ligant & conſtringunt, atque haec omnia tamdiu in ſtatu quo relinquunt, quousque teſticulus emoriatur, quo facto eundem removent, & vulnus methodo

chi

hirurgica conſolidant. Caſtrationem vero ſi forſan detrectat Herniofus, in ſectione, proceſſu vaginali dicto modo denudato, vaſa ſpermatica virgula aurea, vel etiam plumbea, circumducendo, cum neceſſaria, ne vaſa nimis comprimantur, laxiori conſtrictione involvunt, rite contorquent & confirmant, & ſuperfluum virgulae forcipe adimunt. Ita Teſticulus in ſitu & connexione naturali ac integer cum vaſis ſpermaticis permanet, vulnus vero iterum decenter tractatur.

VII.

Chirurgum vero, qui recte atque feliciter Hernias curare intendit, ſumma ope niti decet, ut in easdem decenti modo inquirat, quomodo ſeſe habeant, & qualis ſit demum earundem ſpecies ab ipſo curanda. Si itaque Herniam deprehendit adeſſe Umbilicalem, potiſſimum inflammationem hic maxime periculoſam reſpiciat, quam remediis ad illam directis, & internis & externis removere ſtudebit. Et quoniam infantes recens natos ſaepius affligit, iis ſtatim applicatur Globulus e cera pulvere maſtichis permiſta, atque deſuper Emplaſtrum Stypticum Crollii imponitur. In adultis vero magis palliative curatur mediante Cingulo, inter quod et

Herniam interponitur lamina quaedam argentea, vel ex alio Metallo fabrefacta, ut ulterior exitus omenti & inteſtinorum, in ſitum naturalem manuum operatione repoſitorum, inhibeatur. Porro ſedulo inveſtiget, qualem Herniae materiam contineant, vel in umbilico, ſcroto & inguinibus. Nam inteſtinalem Herniam adeſſe facile cognoſcere poterit ex eo, quod Tumor modo excreſcat, modo imminuatur, & interdum fere penitus evaneſcat, prouti maior vel minor inteſtini portio deſcendens, ipſum magis vel minus replet, vel inteſtinum plane recedit. Quippe per intervalla intumeſcit, & quidem ſenſibiliter poſt cibum aſſumptum, atque iterum poſt decubitum in dorſum ab intumeſcentia remittit. Atque ſi inteſtinum in Hernia incarceratur, ab eadem conſtringitur, id quod ſummos plerumque dolores excitat. In tali Hernia opus eſt, ut inteſtina cito in locum naturalem decubitu in dorſum, & leni intruſione, reponantur. Id quod in Hernia leviori plerumque facile peragitur, utpote in qua inteſtina aegro reſupinato, ſua ſponte, ac quidem cum murmure in abdominis cavitatem relabuntur, quorum reditus decenti ligatura eſt praecavendus, qua per notabile temporis intervallum con-

tinua-

tinuata etiam ipſa ruptura conſolidatur. Quodſi autem Enterocele gravius urgeat, ſcopus curationis maxime erit triplex, nam primus eſt inteſtini prolapſi in cavitatem abdominis repoſitio, ſecundus repoſiti, ne rurſus deſcendat, conſervatio, & tertius relaxati & diſrupti Peritonei conſtrictio ac conſolidatio. Antequam vero inteſtina reponat Chirurgus, diligenter conſideret, an adſit inflammatio, atque eadem praeſente, Cataplasmata & Epithemata applicet ex Malvae foliis, radice Altheae, furfuribus triticei, farina hordei, floribus Chamoemeli & Sambuci. Saepiſſime etiam faeces induratae vel cum, vel ſine, inflammatione repoſitionem inteſtini retardant & impediunt, qui caſus omnino maxime eſt deſperatus; tentanda tamen eſt materiae faecalis ope clyſterum lenientium ac emollientium emollitio, promotio & evacuatio. Quae omnia per externa Cataplaſmata, Epithemata, Ungventa & Fomenta adjuvanda ſunt emollientia, humectantia & leniter diſcutientia. Ubi praeter jam ſuppeditata Cataplasmata & Epithemata, egregia ſunt olea ex Chamoemeli & Anethi floribus & ſummitatibus elaborata, quibus panni imbuantur, & deinde calide tumori admoveantur; reliqua Methodus meden-

di & materia Medica facile ſuppeditabit. Interdum quoque flatus inteſtina nimium diſtendunt atque replent, adeoque eorundem repoſitionem reddunt difficiliorem, quo in caſu clyſter carminativus, calefaciens & leniens eſt injiciendus, & exterius fomenta emollientia, calefacientia & diſcutientia conveniunt. Obſtaculis deinde remotis, quae repoſitionem inteſtin prolapſi impediebant, caute reponantur, & poſtquam repoſita ſunt, caveatur, ne iterum excidant. In quem ſcopum commendamus Subligacula, quorum conditionem ſupra Th. VI. deſcripſimus. Atque hae faſciae ex conſilio Munnickii infra hypochondria ſupra coxendicem prope inguina applicentur, ita tamen, ne partes quae ſunt ſupra ilia & oſſa, laedant, atterantque. Huic autem Cingulo, alia faſcia cum ſplenio ſive pulvinari qvodam ita adaptari debet, ut quantum opus eſt conſtringi poſſit, ipſumque pulvinar recte loco affecto, ubi inteſtina excidere ſolent, incumbat, atque hoc modo inteſtinorum prolapſum prohibeat. Quod ut rectius praeſtet, faſciae, quae ventrem ambit, non nulli geminas habenas adaptant, quae ad humeros aſcendunt & collum ambiunt. Atque his ſubligaculis etiam impetratur ſcop

te

tertius, praecipue ſi per longum ſatis tempus aeger ſimul quieti indulgeat, exactiſſimamque diaetam obſervet. Porro Omentum in Peritoneum prolapſum conjicimus, ſi tumor ſemper in aequali permanet ſtatu, minus dolet, laxus atque lubricus eſt. Talem Omentalem Herniam removere ſtudemus etiam Omenti repoſitione, repoſitique confirmatione tali, ne iterum elabatur, & negligenter tractatum proceſſui Peritonei accreſcat, quod ſi factum fuerit, ejusdem reductio in cavitatem abdominis eſt impoſſibilis.

IIX.

Haec dum ita agimus de Herniarum Chirurgia, occurrunt Hernia aquoſa & flatulenta, quae etiam Hydrocele & Pnevmatocele appellantur. Quos quidem Tumores, quoniam a plerisque ad Hernias referuntur Chirurgiae Scriptoribus, atque cum iisdem pertractantur, hoc loco opportuno conſiderabimus. Eſt vero Hernia aquoſa tumor Scroti, a collectione aquarum praeternaturali in Scroto exortus. Intumeſcentia haec Scroti aquoſa facile cognoſcitur, & ab Hydrope diſcernitur, abſentia aliorum ſignorum in aqua intercute obviorum. Namque Hydrocele, facto attactu digitorum, nullas foveas relinquit, qui effectus tamen in Hydrope obſervatur. Et

ab Enterocele atque Omphalocele ſe diſtinguit Hydrocele in eo, quod in eodem teſticulos percipere nequeamus, quia Aquae in Scroto collectae eosdem circumfluunt, & quaſi abſcondunt; id quod aliter ſe habet in Hernia inteſtinali & Omentali, ubi quippe tangens facile eosdem poteſt manifeſtare. Atque, quod ab Hernia carnoſa differat, in aprico eſt, quia eadem teſticulos potius induratos exhibet. Malum hoc ut curent, Chirurgi Scrotum inſtrumento, quo in Paracenteſi utuntur, materia aquoſa compreſſione Scroti depreſſa, eo in loco, ubi maxime turget, perforant, aquam excernunt, & vel vulnus brevi temporis intervallo conſolidatur, vel, niſi hoc fiat, ſecundum artem eſt tractandum. Ita aeger ſanitati reſtituitur, malum vero ſaepius recrudeſcit a nova aquarum in Scroto collectione, qua propter tunc operatio pro circumſtantiarum ſvaſu eſt repetenda. Hunc mali reditum, facta evacuatione, jam expoſita, jam ſuo tempore avertere ſtuduit *Avicenna l. c.* merentur ejus verba, quae afferantur, ut res, ipſaque operatio, eo clarior fiat, ſunt vero talia: *Deinde tibi ineſt electio, ſi timueris reverſionem, & repletionem ejus poſt tempus, ut reiteres curationem, ſi volueris; & ſi volueris, cauterizabis. Cauterium fit hoc modo. Sume ferrum*

ſub-

*ſubtile, in quo ſunt uncini, & igniatur ſicut igni-
tur cauterium, & liga teſticulos, quanto longius
poſſibile eſt a locis, & revolve cauterium, ita ut
non inveniat teſticulum, & inveniat oſeum, & al-
beriteron, & conſtringat ipſum, quare non in-
grediatur ipſum aqua poſt illud; Deinde cura
cruſtas, & probibe, aegrum potare aquam.*
Praeterea hanc Herniae ſpeciem medicamentis reſol-
ventibus, diſcutientibusque externe ſub forma Lini-
mentorum, Unguentorum, Cataplaſmatum, Fomenta-
tionum Emplaſtrorumque rite applicatis curare debe-
mus, qualia a Practicis contra alios tumores aquoſos
commendantur. Similia accommodantur, ſi Hernia
ſt flatulenta, quam ab Hydrocele differre conſtabit,
x tumore non adeo pellucido, & materia magis ven-
oſa & leviori repleto. Addimus tamen etiam carmi-
ativa ex floribus & oleo chamoemeli, ſemine aniſi,
oeniculi, cumini eorundemque oleis, ſuccino, ruta,
haerefolio, radice acori, baccis juniperi, &c. confla-
is. Optima quoque ſunt Emplaſtrum diaphoreticum
arminativum, de baccis lauri, de galbano, de gum-
ni ammoniaco. Deinde, vero tumore aquoſo & fla-
ulento remoto, applicamus ſtyptica & ſimul reſol-
entia, e. g. Emplaſtrum ſtypticum Crollii & reliqua,
uæ ad Hernias conſolidandas Chirurgia ordinare
olet.

IX.

Tandem Herniam & Carnoſam & Varico-
ſam tantummodo attingere licebit, quoni-
m, uti ex ſupra dictis conſtat, proprie Her-
niae

niae non ſunt, ſed potius excreſcentiae carnoſae, & tumores venarum ſpermaticarum ex Scroto & circa teſticulos. Et quoniam hi tumores plerumque ex laeſione teſticulorum oriuntur, praeſentanea reſolventia ſibi poſtulant. Qualia ſunt oleum philoſophorum, ſuccini, rutae, Emplaſtrum de ſpermate ranarum cum hydrargyro, & diaſulphuris Rulandi. Niſi vero haec ſufficiant, ſectio eſt adminiſtranda chirurgica, & quidem, ſi Sarcocelen removere debet Chirurgus, Teſticulus extrahendus eſt, & ſectione tantum excreſcentiae carnoſae tollendum, quantum ſine laeſione partium adjacentium fieri poteſt, hinc reſtituendus eſt in locum naturalem Teſticulus, & quod reliquum eſt carnoſae ſubſtantiae, ſuppuratione auferendum. Quod ſi vero nec haec commode fieri queant, Teſticulus cum adnata ipſi ſubſtantia carnoſa, vel tota ſua ſubſtantia tumefactus exſcindatur juxta artis Chirurgicæ regulas. Quod reliquum eſt, Herniam Varicoſam Subligaculo decenti modo applicato remotam fuiſſe, novimus. Quidam etiam contra eandem adſtringentia cum emollientibus permiſta ſvadent: alii etiam Emplaſtra contra rupturam, de quibus ſupra verba fecimus, applicanda imperant. Et ſi nec iſtis remediis ſcopus curationis impetretur, iterum ad Chirurgiam deveniendum, & vel facta in Scroto apertura varicoſae teſtium venae incidantur, vel, ſi neceſſitas exigit, cum Teſticulo exſcindantur.

FINIS.